

*31. Instrumentum venditionis di
Roberto de Lacupensuli, notaio,
in favore di Canio de Carruba*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*31. Instrumentum venditionis di
Roberto de Lacupensuli, notaio,
in favore di Canio de Carruba*

1328-02-06

Anno dominice incarnationis millesimo tricentesimo vicesimo // (c. 265v) ottavo, regnante domino nostro Roberto Dei gratia Hierusalem et Sicilie rege, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comite, regnorum vero eius anno nonodecimo feliciter amen, die sexto februarii, undecime inditionis, apud Potentiam.

Nos Iacobus de domino Gullo de David iudex civitatis Potentie, Nicolaus Strambus puplicus eiusdem civitatis notarius et testes subscripti ad hoc specialiter rogati et vocati, presenti scripto puplico notumfacimus atque testamur quod in nostri presentia constitutus notarius notarius Robertus de Lacupensuli vendidit et per fustem <sic> traditionem assignavit Canioni de Carruba de Potentia, presenti et pro se et suis heredibus recipienti, infrascriptas terras seu petias terrarum sitarum in tenimento ditte terre Potentie, in subscriptis locis ipsius tenimenti infrascriptis finibus circumdatas: in primis silicet <sic> petiam unam terre site in contrata Vallonis de Lupo, cuius ab uno latere tenet idem Canio emptor cum fratribus suis, machia Sallinarii cum terris eiusdem machie, ex parte inferiori; a secundo est dittus vallonus de Lupo et tenent ibi proprie dittum vallonem quamdam petiam terre Laurentius et Girardus filii Ioannis Rubei, limite mediante; a tertio ex parte superiori et a quarto tenet idem Canio cum fratribus suis mediante limite et via qua itur ad <Foy; item peciam unam terre prope vallonem de Pixo, in loco qui [dicitur...] Iacobi de scire Pascalis mediante via qua itur ad Rumiczonum, a secundo latere tenet idem Iacobus mediante vallone de Lavancis, a tercio ex parte inferiori tenet Andreas Boreas mediante limite [.....

I]acobi mediante valloncello. Item peciam unam alteram terre site in predicta contrata de Lavancis, supra predictam viam qua itur ad Rumiczonum», cuius ab una parte // (c. 266r) est preditta via, a secundo tenet Nicolaus Ballonus mediante limite, a tertio et quarto ex parte superiori / tenet idem Iacobus mediante limite. Item terras omnes quas habet dittus venditor in contrata Santi Germani, quarum ab uno latere ex parte superiori tenent Iacobus et Pascalis filii condam Alimasii Sisti mediante limite, a secundo versus vallonem Santi Ianuarii tenent Riccardus de Roto et ecclesia Santi Michaelis; sicut vadit serra Santi Genuarii, mediante limite, «tenet eciam ecclesia Sancti Eusobii versus vallonem [..... median]te limite; a tercio ex parte inferiori, versus Matinam de Tito tenet dicta ecclesia Sancti Eusobii mediante limite et rivulo usque ad terram Manfredi dopne Altere, tenet eciam dictus Manfredus versus dictam Matinam mediante [.....]te terras quas emit idem notarius Robertus a Iacobo Ingannulo et condam Bernardo Ingannulo, inferiori ecclesia Sancte Marie de Chuppo mediante limite», a quarto vero latere versus dittum vallonem de Pixo in tribus partibus tenent dittus Andreas Boreas, ecclesia Santi Michaelis, Gullus Precanus et Nicolaus Ballonus mediante limite. Item petiam unam terre in contrata Groffullose, cuius ab uno latere tenet Manfredus dopne Allere mediante serricella; a secundo, tertio et quarto latere tenet idem Andreas Boreas mediante limite. Item petias duas terrarum contiguas sitas in contrata Male Mulieris, unam ipsarum silicet prope vallonem de Sorbo et alteram terram cum quercibus et aliis terris circumiacentibus cum eisdem, quarum ab uno latere est dittus vallonus de Sorbo a capite usque ad vallonem Male Mulieris; a

secunda parte superiori tenet idem Canio cum fratribus suis, a tertio tenet idem Canio terras brayde usque ad dittum vallonem Male Mulieris et quarto ex parte inferiori est dittus vallonus Male Mulieris et si qui alii sunt // (c. 266v) confines; has autem terras prescriptis finibus circumdatas, una cum omnibus accesionibus et ingressionibus eius, eidem Canioni idem notarius Robertus vendidit et tradidit, ut dittum est, pro unciis auri sex ponderis generalis; quas quidem uncias idem notarius Robertus fuit confexus et contentus se habuisse et integraliter recepisce a ditto Canione, totum videlicet pretium venditionis ipsius, renunciens expresse idem venditor exceptioni non numerate pecunie, non ponderati et electi auri, legi ressissorie que subvenit deceptis ultra dimidiam iusti pretii et omni alii iuris et legum auxilio per quod posset ditta confexio irritari ac huius scripti tenor posset in aliquo minui in futurum . Quapropter idem venditor dedit et tradidit tam eidem Canioni quam eius heredibus liberam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi, nec non et quocumque modo voluerint alienandi terras predittas, promittens per se idem notarius Robertus suisque heredibus eidem Canioni pro se et suis heredibus stipulanti, litem vel controversiam ei vel suis heredibus de dittis terris ullo unquam tempore non inferre, nec inferenti consentire, sed ipsas terras tam in proprietate quam in possessione ei et eius heredibus ab omni homine legitime defendere, autorizare et disbrigare et predittam venditionem et omnia et singula subscripta perpetuo firma et rata habere // (c. 267r) et tenere et non contrafacere vel venire, per se vel alium, aliqua causa vel ingenio, de iure vel de fatto, sub pena unciarum auri quatuor, medietate curie si secus inde

fieret applicanda et reliqua medietate ipsi Canioni et eius heredibus, me predicto notario pro parte ipsius curie et ditto Canioni pro se et suis heredibus penam ipsam solemniter et legitime stipulantibus. Et pena soluta vel non, preditta omnia et singula in suo robore perseverent. Ad hec autem Philippa et Margarita mulieres, filie ipsius notarii Roberti, predittis omnibus presentes, ditte venditioni consenserunt ac ipsam venditionem ratificaverunt et acceptaverunt ac etiam renunciaverunt omni iuri, attioni quod et quam habent et habere possent in terris eisdem, occasione seu ratione dotium condam Domentie matris ipsorum vel cuiuscumque alterius rationis; insuper tam dittus notarius Robertus quam ditte Philippa et Margarita iuraverunt ad santa Dei evangelia corporaliter tatta Canioni predicto predittam venditionem, pretii solutionem et omnia alia et singula supradicta inperpetuum attendere et servare et non contrafacere vel venire.

1

2

3

4

5

6

B Guilliemo

B maccla Gallinarii

B prope

B Genuarii , in seguito Ianuarii

B Thomasii

B Guillelmus

7

8

9

10

11

12

Et taliter ego idem Nicolaus Strambus publicus Potentie
notarius hoc instrumentum scripsi quia predittis rogatus
interfui et meo solito signo signavi. † Ego Iacobus de
domino Gullo de Ditto iudex Potentie qui supra Ego
presbiter Donatus clericus maioris ecclesie Potentine
interfui Ego Iacobus Nicolaus barrilarius interfui † Ego
iudex Nicolaus de Carruba testis interfui Ego Girardus
de iudice Roberto interfui Ego frater Petrus de Sora testis
sum

13

14

B Groffulote
B Altere
B et infringi
B Demetrie
B Bellonus
B suosque heredes
B David
B Guillelmo